

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. VAL. MARTIALIS

Martialis, Marcus Valerius

AMSTELODAMI, 1628

Liber XII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-711](#)

Ad Garricum. 106.

Mittebas libram, quadrantem, Garrice, mittis.
Saltem semissem, Garrice, solve mihi.

Ad Albium Mammum. 107.

Albi Maxime, si vacas * habere. * Al: ab ære
Hoc tantum lege : namque & occupatus,
Et non es nimium laborio fusi,
Transis hos quoque quatuor sapisti.

Ad Septicianum. 108.

Explicitum nobis usque ad sua cornua librum,
Et quasi perfectum, Septiciane, refers.
Omnia legisti : credo, scio, gaudeo, verum esse.
Perlegi libros sic ego quinque tuos.

Ad lectorem. 109.

Quamvis jam longo possis satur esse libello,
Lector; adhuc a me disticha pauca peris.
Sed Lopus usuram, puerique diaria poscunt;
Lector salve : tace s, dissimulasque ? Vale.

M. VAL.

MARTIALIS

Epigrammatum.

LIBER. XII.

Val. Martialis Prisco suo S.

Sic me patrocinium debere consumatissima iries.
Nisi desidi: quæ absolvenda non esset inter illas
quoque occupationes urbicas, quibus facilius con-
sequimur, ut molestii potius quam officiosi esse videa-
muri: nedium in hac provinciali solitudine; ubi nisi
etiam intemperanter studeamus, & sine solatio, &
sine excusatione secessimus. Accipe ergo rationem,
in qua hoc maximum & primum est, quod civitatis
aures, quibus assueveram, quaro; & video mihi in
alieno foro linigare. Si quid est enim in libellus meis
quod placeat, dicitur auditor. Illam judiciorum sub-
silitasem,

258 M. VAL. MARTIALIS
tilitatem, illud materiarum ingenium, bibliothecas,
theura, convenus, in quibus studere se voluptates
non sentiunt: ad summan omnium, illa qua delicata
reliquimus, quasi destinui desideramus. Accedit
his municipalium rubigo dentium, & judicij loco li-
tor, & unus aut alter mali, in pusillo loco mutati; ad-
versus quod difficile est habere quotidie bonum stomachum.
Ne mireris igitur abjecta ab indignante, que
a gestiente fieri solebant. Ne quid tamen & adveni-
enti tibi ab urbe & exigeni negarem, (cui non refe-
ro gratiam si tantum ea presto que possum,) imperavi
mihi, quod indulgere consueveram. & studui paucis-
simis diebus, ut familiarissimas mihi aures tuas exci-
perem adventoria sue. Tu velim ista qua tantum
apud te non pericitari, diligenter estimare, & ex-
cutere non graveris: & quod tibi difficillimum est,
de nugis nostris judices nitore seposito, ne Romanum, si
ita deceveris, non Hispanensem librum mittamus,
sed Hispanum.

Ad eundem. I.

Retia dum cessant, latratoresque Molossi,
Et non invento silva quietcit apro:
Otia, Prise, brevi poteris donare libello.
Hora nec astiva est, nec tibi tota perit.

*Romanum mittit ex Hispania Librum
suum. 2.*

Quæ modo littoreos ibatis carmina Pyrgos,
Ite sacra, jam non pulverulenta via est.

Aliud e iusdem argumenti. 3.
Ad populos miti qui nuper ab urbe solebas,
Ibis, io, Romanum nunc peregrine liber,
Auriferi de gente Tagi, tetricique Salonis;
Dat patrios Manes quæ mihi terra potens.
Non tamen hospes eris, nec jam portes advena dicis.

Cujus habet fratres tot domus una Remi.
Iure tuo veneranda novi pete limina templi,
Reddita Pierio sunt ubi templa choro.
Vel, si malueris, prima gradiere Suburas;
Atria sunt illic Consulis alta mei.
Laurigeros habitat facundus Stella Penates,
Clarus Iantheæ Stella* sitior aquæ.* al petiver.
Fons ibi Castalius vitreo torrente superbit,
Vnde novein dominas s̄epe bibisse ferunt.

ille

LIS
EPIGRAMMAT. LIB. XII. 259

Ille dabit populo, patribusque equitique legendū,
Nec niūmū siccis perleget ipse genis.
Quid titulum poscis i verfus duo t̄resve legantur?
Clamabunt omnes te, liber else meum.

Ad Priscum Terentium. 4.

Quod Flacco, Varioque fuit, summoque Maroni;
Moecenās atavis regibus ortus eques:
Gentibus & populis hoc te mihi, Prisce Terenti
Fama fuisse loquax, chartaque dicer annus.
Tu facis ingenium; tu si quid posse videmur:
Tu das iugenuæ jus mihi pigritiæ.

Ad Casarem. 5.

Longior undecimi nobis decimique libelli
Arctatus labor est, & breve rasit opus.
Plura legant vacui, quibus oria ruta dedisti:
Hæc lege tu, Cæsar: forsau & illa leges.

In commendationem Nervæ. 6.

Contigit Aufoniæ procerum mitissimus aulæ
Nerva: licet toto nunc Helicone frui.
Recta fides, hilaris Clementia, cauta Potestas
Iam redeunt: longi terga dedere Metus.
Hoc populi gentesque tuæ pia Roma precantur?
Dux tibi sit semper talis, & ite diu.
Mæcte animi, quem iarus habet, mō: unquernorum;
Quos Numa, quos hilaris posset habere Cato.
Largiri, præstare, breves extendere census,
Et dare quæ faciles vix tribuere dei,
Nunc licet, & fas est: sed tu sub principe duro,
Temporibusque malis, ausus es esse bonus.

De Ligia. 7.

Toto vertice quor gerit capillos.
Annos si tota habet Lygia, tripla est.

In commendationem Trajani. 8.

Tertiarum dea, gentiumque Roma,
Qui par est nihil, & nihil secundum,
Trajanus modo læta cum futuros
Tot per saecula computaret annos,
Et fortē, juvenemque, Marriumque,
In tanto duce militem videret,
Dixit præside gloriose tali:
Parthorum proceres, ducēsque Serum,

260 M. VAL. MARTIALIS
Thraces, Sauromatae, Getae, Britanni.
Possum ostendere Cæsarem : venite.

Ad Cæsarem. 9.

Palma regit nostros, mihiissime Cæsar, Iberos,
Et placido fruatur pax peregrina jugo.
Ergo agimus laeti tanto pro munere grates:
Mihi mores in loca nostra tuos.

De Africano. 10.

Habet Africanus millies, tamen captat.
Fortuna multis dat nimis, satis nulli.

Mittit librum Parthenio. 11.

Parthenio dic Musa tuo nostroque salutem,
Nam quis ab Aonio largius amne bibt?
Cujus Pimpleteo lyrâ clarior exit ab antro?
Quem plus Pierio de grege Phœbus amat?
Et si forte, sed hoc vix est sperare, vacabit,
Tradat ut ipse duci carmina nostra, roga;
Quattuor & tamū timidumq; brevemque libellū
Commendet verbis: hunc tua Roma legit.

In Posthumum. 12.

Omnia promittis, cum tota nocte bibisti;
Mane nihil præstas, Posthume: mane bibe.

Ad Audum. 13.

Genus, Aucte, lucri divites habent iram;
Odisse, quam donare, vilius constat.

Ad Priscum (Terentium.) 14.

Parcins utaris, moneo, rapiente veredo,
Prisce; nec in lepores tam violentus easo.
Sæpe satisfecit prædæ venator, & acri
Decidit excusus, nec redditurus equo.
Insidias & campus habet; nec fossa, nec aggers.
Nec sunt faxa licet, fallere plana solet.
Non deerunt, qui tanta tibi spectacula prætent.
Invidia sati sed leviore cadent.
Si te delectant animosa pericula, Tuscis,
(Tutor est virtus) insidiemur apris.
Quid te frena juvant temeraria? sæpius illis,
Prisce, datum est equitem rumpere, quam le-
porem.

De Cesaris (Trajani) liberalitate. 15.

Quidquid Parrhasia nitebat aula,
Donatum est oculis, deisque nostris.
Miratur Scythicas virentis anni
Flammas Iupiter, & stupet superbi
Regis delicias, gravesque luxus.
Hæc sunt pocula, quæ decent Tomanum;
Hæc sunt, quæ Phrygium decent ministrum.
Omnes cum Iove nunc sumus beati;
At nuper (pudet ac piger fateri)
Omnes cum Iove pauperes eramus.

In Labienum. 16.

Addixti, Labiene, tres agellos:
Emitti, Labiene, tres cinædos.
Pedicas, Labiene, tres agellos.

In Lentinum. 17.

Quare tam multis à te, Lentines diebus
Non abeat quereris febris, & usque gemis.
Gittatur tecum pariter, pariterque lavatur:
Coenat boletos, ostrea, sumen, aprum.
Ibia Setino fit sæpe, & sæpe Falerno;
Nec nisi per niveam Cæcuba potat aquam,
Circumfusa rosis, & nigra recumbit amomo;
Dormit & in pluma, purpureoque toro.
Cum sit tam pulchre, cum tam bene vivat apud te,
Ad Damam potius vis tua febris eat?

Ad Iuvenalem. 18.

Dum tu forsitan inquietus erras
Clamosa, Iuvenalis, in Subura;
Aut collem dominæ teris Dianæ:
Dum per limina tè potentiorum
Sudatrix toga ventilat, vagumque
Major Cælius & minor fastigast:
Me multos repetita post Decembres
Accépit mea rusticinque fecit
Auro Bilbilis & superba ferro.
Hic pigri colimus labore dulci (rodum
* Boterdum, Plateamque; (Celtiberis * Al. Both-
Hæc sunt nomina crassiora terris:) Ingenti fruor, improboque somno,
Quem nec terria sæpe rumpit hora:
Et totum mihi nunc repono, quidquid

262 M. V A L. MARTIALIS

Ter denos vigilaveram per annos.
 Ignota est roga, sed darut petentia.
 Rupra proxima vestis à cathedra.
 Surgentein focus excipit superba.
 Vicini strue cultus iliceti,
 Multa villica quem coronat olla,
 Venator sequitur, sed ille quem ea
 Secreta cupias habere silva.
 Dispensant pueri, rogatque longos
 Levis ponere villicus capillos.
 Sic me vivere, sic juvat perire.

De Æmilio. 19.

In thermis sumit lactucas, ova, lacertum,
 Et coenare foris se negat Æmilius.

Ad Fabullum, de Themisone. 20.

Quare non habeat, Fabulle, queris
 Vxorem Themisone? habet sororem.

Ad Marcellam. 21.

Municipem rigidi quis te, Marcella, Salonis,
 Et genitam nostris quis putet esse locis?
 Tam ratur, tam dulce sapis; Pallatia dicent,
 Audierint si te vel semel, esse suam.
 Nulla nec in media certabit nata Subura,
 Nec Capitolini collis alumna tibi.
 Nec cito ridebit peregrini gloria partus,
 Romanam deceat quam magis esse durum.
 Tu desiderium dominæ mihi mitius urbis
 Else jubes: Romam tu mihi sola facis,

De Philanide, ad Fabullum. 22.

Quam sit lusca Philænis indecenter,
 Vis dicam breviter tibi, Fabulle?
 Et cæca decentior Philænis.

In Læliam. 23.

Dentibus atque comis, nec te pudet, uteris e mptis,
 Quid facies oculo, Lælia? nou emitur.

Ad Iuvencum, de covino curru. 24.

O sucunda, covine, solitudo,
 Carruca magis es sedoque gratum
 Facundi mihi munus Abiani:
 Hic mecum licet hic, Iuvence, quidquid

EPIC
tuncam tit
rector L
cinctus n
quam mu
conscius
en non e
quam h

I
progo te
densi pr
dabili ne
odus coh
geum Ca
illii com

guta ter
Metibi vi
ad non à p
referam
a purpur
at Numi
ubi, quen
a matutin
aperitur
a subitus
venit abl
lredit ge
igit ut c
ligni nu
n sit coe
faciam

tronibus
a, Senia

Ego sex
quereri

Herm
magenes
Quantus

In buccam tibi venerit, loquaris.
Non rector Libyci niger caballi,
Succinctus neque cursor antecedit :
Nusquam mulio: mannuli racebunt.
O si conscius esset hic Avitus !
Aurem non ego tertiam timereim.
Tonus quam bene sic dies abiret !

In Thelefinum. 25.

Cum rogo te nummos sine pignore, non habeo, in
Idem, si pro me spondet agellus, habes. (quis:
Quod mihi non credis veteri, Thelefini, sodali,
Credis colliculis, arboribusque meis.
Ecce, reum Carus te derulit : adsit agellus.
Exiliū comitem quæris ? agellus eat.

Ad Lætorium. 26.

Sexaginta teras cum limina mane senator;
Else tibi video et desidiosus eques,
Quod non à prima discurrat luce per urbem.
Et referam laetus basia mille domum.
Sed tu purpureis ut des nova nomina fastis,
Aut Numidum gentes, Cappadocumve petas:
At mihi, quem cogis medios abrumpere somnos,
Et matutinum ferre patique lutum,
Quid petitur ? rupra cum pes vagus exit alutas.
Et subitus crassæ decidit imber aquæ,
Nec venit ablatis clamatus verna lacernis.
Accedit gelidam servus ad auriculam,
Et, rogar ut coenes secum Lætorius, inquit.
Viginti nummis ? non ego. malo famer,
Quam sit coena mihi, tibi sit provincia metcessi.
Et faciamus idem, nec mereamur idem.

In Seniam. 27.

A latronibus esse te fututam
Dicis, Senia : sed negant latrones.

In Cinnam. 28.

Poto ego sextantes, tu potas, Cinna, deunces,
Et quereris quod non, Ciua, bibamus idem.

De Hermogene fure, ad Ponticum. 29.

Hermogenes tantus mapparum, Pontice, fur est,
Quantus nimborum vix puto Maisa fuit.

264 M. VAL. MARTIALIS
Tu licet observes dextram, teneasque sinistram,
Inveniet mappam qua ratione trahat.
Cervium gelidum sorbet sic halitus auguin,
Caluras alte sic rapit Iris aquas.
Nuper cum Myrido peteretur missio læso,
Subduxit mappas quattuor Hermogenes,
Cetatum prætor cum veller mittere mappam,
Prætori mappam surpnit Hermogenes.
Attulerat mappam nemo, dum furti timentur,
Mantele è mensa surpuit Hermogenes.
Hoc quoque si deerit; medios discingere lectos,
Mensarumque pedes, non timerit Hermogenes.
Quamvis non modico caleant spectacula sole,
Vela reducuntur, cum venit Hermogenes.
Festinant trepidi substringere carbasa nautæ,
Ad portum quoties paruit Hermogenes.
Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba,
Inter adorantes cum stetit Hermogenes.
Ad coenam Hermogenes inappā nō atrulit unquam,
A cœna semper rettulit Hermogenes.

In Aprum. 30.

Siccus sobrius est Aper: quid ad me?
Servum sic ego laudo, nou amicum.

De hortis Marcellæ. 31.

Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis umbra supini
Palmitis, hoc riguæ ductile flumen aquæ,
Prataque, nec bifero cellura rosaria l'æsto,
Quodque viret lani mense, nec alget olus,
Quæque natat clusiis anguilla domestica lymphis,
Quæque gerit similes candida turris aves,
Munera sunt dominæ: post sepiuna lustra reverso
Has Marcella domos parvaque regna dedit,
Si mihi Nausicae patrios concederet hortos,
Alcinoo possem dicere: malo meos.

In Vacerram. 32.

O Iuliarum dedecns Kaleudarum,
Vidi, Vacerra, sarcinas tuas; vidi:
Quas non retentas pensione pro bima
Portabat uxor iufa crinibus septem,
Et cum sorore cana mater ingenti.
Furiæ putavi nocte Ditis emersas.
Has tu priores frigore & fame siccus,
Et non recenti pallidus magis buxo.

Irus tuorum temporum sequeris.
Migrare clivum crederes Aricidium.
Ibat tripes grabatus, & bipes mensa,
Et cum lacerna, corneoque cratere,
Matella curto rupta laterē iniebat.
Foco virenti suberat amphoræ cervix,
Fuisse gerres, aut inutiles mænas
Odor impudicus tunc fatebarit,
Qualem marinæ misit aura piscinæ.
Nec quadra deerat casei Tolosais,
Quadrima nigri nec corona pulei,
Calvæque reltes allioque cepisque;
Nec plena turpi matris olla relina,
Summoenianæ qua pilantur uxores.
Quid quæris ædes, villicosque derides,
Habitate gratis, ò Vacerra, cum possis?
Hæc sarcinarum pompa convenit pouti.

De Labieno. 33.

Vt pueros emeret Labienus, vendidit hortos:
Nil nisi sicutum nunc Labienus habet.

Ad Iulium (Martialem.) 34.

Trigeta mihi quatuorque messis
Tecum, si memini, fuere Iuli;
Quorum dulcia mixta sunt amaris:
Sed jucunda tamen fuere plura.
Vt si calculus omnis huc & illuc
Diversus bicolorque digeratur,
Vincerat candida turba nigriorem.
Si vitare velis acerba quædam,
Et tristes animi cavere morfus,
Nulli te facias nimis fôdalem.
Gaudebis minus? & minus dolebis.

Ad Callistratum. 35.

Tanquam simpliciter necum, Callistrate, vivas.
Dicere percisum tè mihi sâpe foles.
Non es tam simplex quam vis, Callistrate, credi:
Nam quisquis narrat talia, plura tacet.

In Labullum. 36.

Libras quattuor aut duas amico,
Algentemque togam, brevemque lænam,
Interdum aureolos manu crepanteis,
Possunt ducere qui duas Kalendas,

266. M. V A L. M A R T I A L I S.
Quod nemo, uisi tu, Labulle, donas :
Non es, crede mihi, bonus. quid ergo &
Ut verum loquar, optimus malorum.
Pisones, Senecasque, Memmiosque,
Et Crispes mibi reddere, sed priores :
Fies protinus ultimus bonorum.
Vis cursu pedibusque gloriari ?
Tigrim vince, levemque Paffarinum.
Nulla est gloria praeterire asfello.

In Nasutum. 37.

Nasutus nimium cupis videri.
Nasutum volo, nolo polypo sum.

Ad Candidum. 38.

Hunc, qui foemineis noctesque diesque cathedris
Incedit tota notus in urbe nimis ;
Crine oitens, niger unguento, perlucidus ostro,
Ore tener, latus pectore, crure glaber ;
Vxori qui sepe tuæ comes improbus hæret ;
Non est quod timeas, Candide : non futuri.

In Sabellum. 39.

Odi te, quia bellus es; Sabelle.
Res est putida bellus, & Sabellus,
Bellum denique inalo, quam Sabellum,
Tabescas utinam, Sabelle, belle !

In Pompilianum. 40.

Mentiris ? credo : recitas mala carmina ? laudo :
Cantas ? canto : bibis, Pompiliane ? bibo.
Pedis ? dissimulo : gemina vis ludere ? vincor.
Res una eit sine me quam facis, & taceo.
Nil tamen omnino præstas mibi mortuus, inqnis,
Accipiam bene te, nil volo, sed mærere.

In Tuccam. 41.

Non est, Tucca, satis, quod es gulosus :
Et dici cupis, & cupis videri,

De Callistrato & Afro. 42.

Barbatus rigido nupfit Callistratus Afro,
Hac qua lege viro nubere virgo solet.
Præluxere faces ; velarunt flammæa vultus :
Nec tua de fuerunt verba Thalasse tibi ;

EPIGRAMMATE. LIB. XL. 257.

Dos etiam dicta est. nondum tibi, Roma, videtur
Hoc satis? exspectas numquid ut &c pariat?

In Sabello. 43.

Facundos mihi de libidinosis
Legisti nimium, Sabelle, versus:
Quales uec Didymi sciunt puellæ,
Nec molles elephantidos libelli.
Sunt illic Veneris novem * figuræ, * ALMORA
Quales perditus audeat fututor:
Præstent, & taceant quid exoleti;
Qua symplegade quinque copulentur;
Qua plures teneantur à catena;
Extinctam liceat quid ad lucernam.
Tanti non erat esse te disertum.

Ad Unicum. 44.

Vnico cognato junctum mibi sanguine nomen.
Quique geris studiis corda propinqua meis.
Carmina cum facias soli cedentia fratri,
Pectore non minor es, sed pietate prior.
Lesbia cum lepido te posset amare Catullo,
Te post Nasonem blanda Corinna sequi.
Nec deerant Zephyri, si te dare vela juvaret:
Sed tu littus amas, hoc quoque fratris habes.

Ad Phæbum. 45.

Hædina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora verticemque calvæ:
Festivè tibi, Phoebe, dixit ille,
Qui dixit caput esse calceatum.

Ad Clasicum. 46.

Vendunt carmina Gallus & Lupercus.
Sanos, Clasicœ, nunc nega Poëtas.

In habentem varios mores. 47.

Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem:
Nec tecum possum vivere nec sine te.

In lautum, ac superbè cœnantem. 48.

Boletos & aprum si tanquam vilia ponis,
Et non esse putas hæc mea vota: volo.
Si fortunatum fieri me credis, & heres,
Vis scribi propter quinque Lucrina: vale,
Lauta.

258 M. V A L. MARTIALIS.

Lauta tamen coena est : faleor, lautissima; sed cras
Nil erit ; imo hodie ; protinus imo nihil ;
Quod sciat infelix damnatae spongia virgæ,
Vel quicunque canis, junctaque testa viæ.
Mullorum, leporumque, & suminis exitus hic est,
Sulfureusque color, carnificesque pedes.
Non Albana mihi fit comissatio tanti,
Nec Capitolinæ Pontificumque dapes.
Imputet ipse deus nectar mihi, fieri acerum,
Et Vaticani perfida vappa cadi.
Convivas alios cænarum quare magister,
Quos capiant mensæ regna superba tuæ.
Me mens ad subitas invitæ amicus ocellas :
Hæc mihi, quam possum reddere, coena placet,

Ad Linum pædagogum. 49.

Crinitæ Line pædagoge turbæ,
Rerum quem dominum vocat suarum,
Et credit cui Postnumilla dives
Gemas, aurea, vina, concubinos :
Sic te, perpetua fide probatum,
Nulli non tua præferat patrona :
Succuras misero, precor, furori,
Et serves aliquando negligenter
Ilos qui male cor meum perurunt;
Quos & noctibus & diebus opto
In nostro cupidus finu videre,
Formosos, niveos, pares, gemellos,
Grandes, noui pueros, sed uniones.

In habentem amœnas aedes. 50.

Daphnonas, platanonas, & aerias cyparissos,
Et non unius balnea solus habes :
Et tibi centenis stat porticus alta columnis ;
Calcatusque tuo sub pede lucet onyx :
Pulvereumque fugax hippodromon ungula plaudit,
Et pereuntis aquæ fluctus ubique sonat.
Atria longa patent : sed nec coeuntibus usquam,
Nec somno locus est, quam bene non habitat.

Ad Aulum, de Fabullino. 51.

Tam saepe nostrum decipi Fabullinum
Miraris, Aule ? semper homo bonus tiro est.

Epita-

Epitaphium Rusi. 52.

Tempora Pieria solitus redimire corona,
Nec minus atronitis vox celebrata reis,
Hic fatus est, hic ille tuus, Sempronius, Rufus:
Cujus & ipse tui flagrat amore ciuis.
Dulcis in Elyso narraris fabula campo,
Et stupet ad raptus Tyndaris ipsa tuos.
Tu melior, quæ deferio raptore redisti:
Illa virum voluit uer repetita sequi.
Rider, & Iliacos audit Menelaus amores:
Absolvit Phrygium vestra rapina Parim.
Accipient olim cum te loca læta piorum,
Non erit in Stygia notior umbra domo.
Non aliena vider, sed amat Proserpina raptas:
Iste tibi dominam conciliabit amor.

In avarum. 53.

Nummi cum tibi sunt, opesque tantæ,
Quantas civis habet, paterve rarus:
Largitis nibil, incubasque gazæ,
Ut magnus draco, quem canunt Poetæ
Custodem Scythici fuisse luci.
Sed cauifa, ut memoras, & ipse jactas,
Diræ filius est rapacitatis.
Ut quid tu fatuus, rudesque queris,
Illudas quibus, auferasque mentem?
Huic semper vitio pater fuisti.

In Zoilum. 54.

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus,
Rem magnam prætas, Zoile, si bounus es.

In Æglen fellatricem. 55.

Gratis qui dare vos jubet puellæ,
Insulfissimus, improbissimusque est.
Gratis ne date, basiate gratis;
Hoc Ægle negat, hoc avara vendit:
Sed vendat bene, basiare quantum est.
Hoc vendit quoque nec levi rapiua,
Aut libram petit illa Cosmianu,
Aut binos quater à nova monera;
Ne sint basia muta, uer maligna,
Nec clusis aditum neget labellis:
Humane facit hoc tamen, sed unum,

Graff

270 M. VAL. MARTIALIS
Gratis quæ dare basium recusat,
Gratis lingere nec recusat Ægle.

In Polycarmum. 56.
Ægrotas uno decies aut sæpius anno ;
Nec tibi, sed nobis hoc. Polycarme, nocet.
Nam quoties surgis, foteria poscis amicos.
Sit pudor : ægrota Jain, Polycarme, temet.

Ad Sparsum. 57.
Cur sæpe siccæ pârva rura Nomenti,
Laremque villæ sordidum petam, quæris ?
Nec cogitandi, Sparse, nec quiescendi
In urbe locus est pauperi : uegant vitam
Ludimagiñtri mane, nocte pistores ;
Æstiorum marculi die toto :
Hinc otiosius sordidam quatir mensam
Neroniana nummulatiuſ massæ ;
Illiſ paludis malleator Hispanæ
Tritum nitenti fulle verberat saxum.
Nec turba cœſat entheata Bellonæ ;
Nec fasciato naufragus loquax truncō ;
A matre doctus nec rogare Iudaens ;
Nec sulfuratæ lippus institor mercis.
Numerare pigri damna qui potest somni,
Dicet quot æra verberent manus urbis,
Cum secta Colcho Luna vapulat rhombos
Tu, Sparse, nescis ista ; nec potes scire,
Perilianis delicatus iu regnis,
Cui plana summos despicit domus montes,
Et rus in urbe est, vinitorque Romanus :
Nec in Falerno colle major autumnus ;
Intraque limen latus effuso cursus ;
Et in profundo somnus, & quies nullis
Offensa linguis ; nec dies, nisi admittas.
Nos transeuntis risus excitat turbæ,
Et ad cubile est Roma : rædio fessis
Dormire quoties libuit, imus ad villain.

Ad Alaudam, 58.
Ancillariolum tua te vocat uxor, & ipsa
Lecticariola est : estis, Alauda, pares.

In importunos basiatores. 59.
Tantum dat tibi Roma basiorum
Post annos modo quindecim reverso,

Qua-

Quantum Lesbia non dedit Catullo.
 Te Vicinia tota, te pilosus
 Hirundo premit osculo colonus;
 Hinc instat tibi textor, inde fullo;
 Hinc furor modo pelle basiata;
 Hinc menti dominus pediculosis,
 Hinc defioculusque, & inde lippus,
 Fellatorque, recensque chonilingus.
 Iam tanti tibi non fuit redire.

Ad natalem suum. 60.

Martis alumne dies, roseam quo lampada primum
 Maguaque fidere vidimus ora dei,
 Si te rure coli, viridesque pigebit ad aras,
 Qui fueras latia cultus in urbe mihi:
 Da veniam, servire meis quod nolo Kalendis,
 Et qua sum genitus, vivere duce volo.
 Natali pallere suo, ne calda Sabello
 Desir, & ut liquidum poter Alauda inerum,
 Turbida sollicito transmittere Cæcuba sacco;
 Atque inter mensas ire redire suas:
 Excipere hos illos, & tota surgere coena
 Marinora calcantem frigidiora gelu:
 Quæ ratio est, hæc sponte tua perferre patique,
 Quæ te si jubeat rex dominusque, neges?

De Ligurra. 61.

Versus &c. breve vividumque carmen
 Iu te ne faciam times, Ligurra;
 Et dignus cupis hoc metu videri:
 Sed frustra metuis, cupisque frustra.
 In tauros Libyci freinunt leones,
 Non sunt papilionibus molesti.
 Queras, censeo, si legi laboras,
 Nigri fornicis ebrium poëtam;
 Qui carbone rudi putrique creta
 Scribit carmina, quæ legunt cacaentes.
 Frons hæc stigmate non meo notanda est.

*Ad Saturnum, in redditu Prisci**Terentii. 62.*

Autiqui rex magne poli, mundique prioris,
 Sub quo pigra quies, nec labor ullus erat,
 Nec regale nimis fulmen, nec fulmine digna,
 Scilicet nec ad Manes sed sita dives humus:
 Lætus ad hæc facilisque veni follonia Prisci
 Gaudia: cum facris te decet esse tuis.

Tu rednecem patriæ sexta, pater optime, bruma
Pacifici Latia reddis ab urbe Numæ.
Cernis ut Ausonio similis tibi pompa macello
Pendeat, & quantus luxurietur houos ?
Quam nō parca manus; largæq; nomis inata m' esæ,
Qua, Saturne, tibi pernumerenur opes ?
Vtque sit his pretium meritiis, & gratia major,
Et pater, & frugi sic tua sacra colit.
At tu sancte tuo sic semper amere Decembri:
Hos illi jubeas sape redire dies.

In Poetam Cordubensem. 63.

Vncto Corduba lætior Venafro,
Histra nec minus absoluta testa ;
Albi quæ superas oves Galeſi,
Nullo murice, nec cruore mendax,
Sed tinctis gregibus colore vivo ;
Dic vestro, rōgo, sit pudor Poetæ,
Nec gratis recitet meos libellos :
Ferrem, si faceret bonus Poeta,
Cui possem dare mutuos honores :
Corrumpit sine talione cælebs.
Cæcus perdere non potest, quod auferet.
Nil est deterius latrone nudo.
Nil securius est malo Poeta.

De Cinna. 64.

Vincentem roseos facieque comaque ministros
Cinna cocum fecit. Cinna gulosus homo est.

De Phyllide. 65.

Formosa Phyllis nocte cum mihi tota
Se præstisset omnibus modis largam,
Et cogitarem mane quod darem munus,
Vtrumque Cosmi, Nicerotis an librau,
Au Bæticarum pondus acre lənatum,
Au de moneta Cæsaris decem flavos :
Amplexa collum, batioque tam longo
Blandita, quam sunt nuptiae columbarum,
Rogare coepit Phyllis amphoram vini.

Ad Amœnum. 66.

Bis quinquagenis domus est tibi millibus empta,
Vendere quam summa vel breviore cupis :
Arte sed emtorem vafra corrupcis, A moene,
Et casa divitiis ambitiosa later.

Gemanus.

Gemmantes prima fulgent testudine lecti,
Et Mauruliaci pondera rara citti,
Argentum arq; aurum uō simplex delphica portat:
Stant pneri, dominos quos precer esse meos.
Deinde ducenta sonas, & ahs, non esse minoriss.
Instructam vili vendis, Amoene domum.

In natalem Virgilii. 67.

Majae Mercurium creastis Idus.
Augustis redit Idibus Diaua.
Octobres Maro consecravit Idus.
Idus saepe colas & has & illas,
Qui magui celebias Maronis Idus.

Ad clientes. 68.

Marutine cliens, urbis mihi causa relictæ,
Atria, si sapias, ambitiosa colas.
Non sūm ego caußidicus, nec amaris litibus aptus:
Sed piger, & senior, Pieridumque comes.
Otia me, somnusque juvant; quæ magna negavit
Roma mihi: redeo, si vigilatur & hic.

Ad Paullum. 69.

Sic tanquam tabulas scyphosque, Paulle,
Omnes archerypos habes amicos.

De Apro. 70.

Lintea ferret Apro varius cum vernula nuper,
Et supra togulam lusca federet anus;
Atque olei stillam daret enterocelicus unctor:
Nudorum tetricus censor & alper erat.
Frangendos calices, effundendumque Falernum
Clamabat, biberet qui modo lotus eques.
A fene sed postquam patruo venere trecenta:
Sobrius à thermis nescit abiē domum.
O quantum diathera valent, & quinque comatis
Tunc, cum pauper erat, non sitiebat Aper.

Ad Lygdem. 71.

Nil non, Lygde, mihi negas roganti:
At quondam mibi, Lygde, nil negabas.

Ad Pannicum. 72.

Iugera mercatus prope busta latensis agelli,
Et male compactæ culmina fulta casæ,

274 M. VAL. MARTIALIS

Deletis urbanas, tua prædia, Panuice, lites,

Parvaque, sed tritæ præmia certa, togæ.

Frumentum, milium, prisamamque, fabamq; solebas

Vendere pragmaticus : nunc emis agricola.

Ad Catullum. 73.

Heredem tibi me, Catulle, dicens.

Non credam, nisi legero, Catulle.

*Flacco mittit calices vitreos, cognomen-
to Audaces. 74.*

Cum tibi Niliacus portet crystalla cataplus,
Accipe de circo pocula Flaminio.

Hi magis audaces, an sunt qui talia mittunt
Muuera ? sed gemmis vilibus usus ineft.

Nulum sollicitant hæc, Flacce, toremata furem,
Et nimium calidis non vitiantur aquis.

Quid t quod seculo portat conviva ministro,
Et casum tremulæ non timuere manus.

Hoc quoq; non nihil eft, quod propinabis in iisis,
Frangendus fuerit si tibi, Flacce, calix.

De pueris formosis. 75.

Festinat Polytimus ad puellas.

Invitus puerum fatetur Hymnus.

Pastas glande nates habet Secundus.

Mollis Dindymus eft, sed eft non vult.

Amphion potuit puella nasci.

Horum delicias, superbiamque,

Et fastus querulos, amice, malo.

Quam dotis mihi quinquies ducena.

De agricola. 76.

Amphora vigessi, modius datur ære-quaterno.

Ebrius & crudus nil habet agricola.

De Æthonite. 77.

Multis dum precibus Tovem salutat.

Strans summos resupinus usque in ungues,

Æthon in Capitolio pepedit :

Riserunt homines, sed ipse Divam

Offensus genitor, trinoctiali

Affecit domicenio clientem.

Post hoc flagitium misellus Æthon,

Cum vult in Capitolium venire,

Sellas ante petit Patroclianas,

Et pedit deciesque viciesque :

Sed

Sed quamvis sibi caverit crepando,
Compressis natibus Iovem salutat.

Ad Bithynicum, 78.

Nil in te scripsi, Bithyuce: credere non vis,
Et jurare jubes. malo satisfacere.

Ad Atticillam, 79.

Donavi tibi multa, quæ rogasti;
Donavi tibi plura, quam rogasti:
Non cessas tamen usque me rogare.
Quisquis nil negat, Atticilla, fellat.

De Callistrato, 80.

Ne laudet dignos, laudat Callistratus omnes.
Cui malus est nemo, quis bonus esse potest?

De Vmbro cliente, 81.

Brunæ diebus, feriisque Saturni,
Mittebat Vmber aliculam mihi pauper;
Nunc misit alicam: factus est enim dives.

De Menogene cœnipeta, 82.

Effugere in thermis & circa balnea non est
Menogenen, omni tu licet arte velis.
Cæptabit tepidum dextra lævaque trigonem,
Imputet acceptas ut tibi saepe pilas.
Colliger, & referet laxum de pulvere follem,
Et si jam lotus, jam soleatus erit.
Lintea si suines, nive candidiora loquetur,
Sint licet infastis sordidiora sinn.
Etignos secto comentem dente capillos,
Dicet Achilleas disposuisse comas.
Fumosæ feret ille tropin de fæce lagenæ,
Frontis & humorem colliger ipse tuæ.
Omnia laudabit, mirabitur omnia, donec
Perpessus dicas tædia mille, veni.

De Fabiano, 83.

Derisor Fabianus herniarum,
Omnes quem inodo coleii timebant.
Dicentem tunidas in hydrocelas,
Quantum nec duo dicerent Catulli;
In thermis subito Neronianis
Vider se miser, & tacere coepit.

Ad Polytimum, 84.

Nolueram, Polytimo, tuos violare capillos;
 Sed juvat hoc precibus me tribuisse tuis.
 Talis eras modo tonse Pelops, positisque nitiebas
 Crinibus, ut totum sponsa videret ebur.

In Fabullum, 85.

Pædiconibus os olere dicas.
 Hoc si sicut ais, Fabulle, verum est,
 Quid tu credis olere cunnilingis?

In non arrigentem, 86.

Triginta tibi sunt pueri, toridemque puellæ:
 Vna est, nec surgit, mentula, quid facies?

De Cotta, 87.

Bis Cotta soleas perdidisse se questus,
 Dam negligenter dicit ad pedes vernam,
 Qui solus in opis præstat & facit turbam,
 Excogitat homo sagax & astutus,
 Ne facere posset tale sæpius dampnum;
 Excalceatus ire coepit ad coenam.

De Tongiliano, 88.

Tongilianus habet nasum: scio, non nego, sed jam
 Nil præter nasum Tongilianus habet.

Ad Charinum, 89.

Quod lanâ caput alligas, Charine,
 Non aures tibi, sed dolent capilli.

De Marone, 90.

Pro sene, sed clare, votum Maro fecit amico,
 Cui gravis, & fervens hemitritæos erat;
 Si Stygias æger non iret misis ad undas,
 Ut caderet magno victima grata Iovi.
 Cooperunt certam medici spondere salutem.
 Ne votum solvat, nunc Maro vota facit.

In Magullam, 91.

Commatis tibi cum viro, Magulla,
 Cum sit lectulus, & sit exoletus,
 Quare dic mihi, nou sit & minister?
 Suspiras, ratio est: si mes lagenam.

Ad

Ad Priscum, 92.

Sæpe rogare soles qualis sim, Prisce, futurus,
Si hanc locuples, simque repente potens.
Quemquam posse putas mores narrare futuros?
Dic mibi si fias tu leo, qualis eris?

De Fabulla, 93.

Qua mœchum ratione basiat et
Coram conjuge pepperit Fabulla.
Parvum basiat usque morionem;
Hunc multis rapit osculis madentem.
Mœchus protinus, & suis repletum
Ridenti dominæ statim remittit.
Quantò morio major est maritus!

*In Tuccam satageum & amulatione**vanum, 94.*

Scribebamus epos: coepisti scribere. cessi,
Æmula ne starent carmina nostra tuis.
Transfusit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos?
Aptasti longum tu quoque syrinx tibi.
Fila lyrae movi doctis exculta Camoenis?
Plectra rapis nobis ambitione nova.
Audeamus satyras? Lucilius esse laboras.
Ludo leves elegos? tu quoque Judis idem.
Quid minus esse potest? epigrainmara singere coepit:
Hinc etiam petitur jam mea fama tibi.
Elige quid nolis. quis enim est pudor, omnia velle?
Et si quid non vis, Tucca, relinquere mihi.

Ad Instantium Rufum, 95.

Musæi pathicissimos libellos,
Qui certant Sybariticis libellis,
Et tuicas sale pruriente chartas
Instanti lege Rufe: sed puella
Sit tecum tua, ne Thalassionem
Inducas manibus libidinosis,
Et has sine foemina maritus.

In Zelotypam, 96.

Cum tibi nota tui sit via fidesque mariti;
Nec premat ulla tuos sollicitetque toros:
Quid quasi pellicibus torqueris inepta ministris?
In quibus & brevis est & fugitiva Venus?
Plus tibi quam domino pueros praetare probabo:
Hi faciunt, ut sis foemina sola viro.

278. M. VAL. MARTIALIS
Hi dant, quod non vis uxor dare. do tamen, inquis,
Ne vagus à thalamis conjugis erret amor.

Non eadem res est: Chiam velo, nolo Mariscam.
Nec dubires quae sit Chia, Marisca tua est.
Scire suos fines matrona & foemina deberet.
Cede suam pueris: utere parte tua.

In Bassum, 97.

Vxor cum tibi sit puella, qualem
Votis vix petat improbis maritus,
Dives, nobilis, eruditus, casta:
Rumpis Bassē latus, sed in comatis,
Vxor tibi dote quos parasti.
Et sic ad dominam reversa lauguet
Multis mentula millibus redempta:
Sed vec vocibus excitata blandis,
Mölli pollice nec rogata surgit.
Sit tandem pudor, aut eamus in jus.
Non est haec tua, Bassē: vendidisti.

*Ad Batim fl. de adventu in eam pro
vinciam Instantii, 98.*

Batis olivifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis:
Quem Bromius, quem Pallas amat; cui rectora-
quarum
Albula nigerum per freta pandit iter:
Ominibus lætis vestras Instantius oras
Intret; & hic populis, ut prior, annus eat.
Non ignorat, onus quod sit succedere Macro.
Qui sua metitur pondera, ferre potest.

M. V AL.